



Sunt autem & alia plura nomina, flatusq; uentorū,  
à locis, aut fluminibus, aut montium procellis tracta.

Præterea aura matutina, quas sol cum emergit de  
subterranea parte, uersando pulsat aeris humorem,  
& impetu scandendo trudens, exprimit aurarū ante  
lucano spiritu flatus, qui cum exorto sole permanserint,  
euri uenti tenent partes. Et ea re p ex auris p  
creatur, à græcis εὐρος uidetur esse appellatus. Cra  
stinus quoq; dies, propter auras matutinas, αὐριου  
fertur esse uocitatus. Sunt autem nonnulli, qui negāt  
Eratosthenem ueram mensuram orbis terræ potuisse  
colligere, quæ siue est certa, siue non uera, non potest  
nostra scriptura non ueras habere terminationes re.